LUCTUM,

Qvem

Vir perqvam Reverendus atqve Clarissimus

DN. MICHAEL RINGELTAUBIUS,

Pastor olim Ellgutensis in Silesia, nunc Ecclesiastes Substitutus Thoruniensis in Civitate nova designatus,

Sentiebat ex praematuro obitu

Filioli dilectissimi,

CHRISTIANI FRIDERICI,

nati IX. Ian. CIↃ IↃCC VII.

Sympathia Christiana proseqvebantur, eumqve mitigare volebant,

Ipso exeqviarum die

d. 31. Maii, CIↃ IↃCC VII.

Rector, Professores & Visit.

THORUNII,

Imprimebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliss. Senatûs & Gymnasii Typographus.



GEweyhtes Haupt/ du kamſt aus frembden Landen
Ins Vaterland/ vor nur gantz kurtzer Zeit.
Der ſtarcke Winck des Himmels war vorhanden/
Dem folgteſtu mit großer Freudigkeit/
Als Prieſter hier im Heiligthum zu wachen/
Als Sohn/ noch ſo dem Vater Troſt zu machen.

† † †

Nun aber ſind des Himmels Seltenheiten/
Die Vater-Stadt/ die uns gibt ewig Krafft:
Der Seel'gen Schmuck/ und dero Koſtbarkeiten/
Die ewige geweyhte Prieſterſchafft/
Damit pflegt GOtt die Seinen aus zuziehren/
Und frölich in die Stifftes-Hütt zu führen.

† † †

Iſt dem nu ſo/ ſo iſt der Schluß gar richtig/
Dem Vater iſt das zarte Söhnlein gleich. [tig
Es geht der Zweig aus Aarons Stam̃ ſchon tüch-
Ins Prieſterthum/ aus einem frembdē Reich.
So muß der Sohn/ weil er nicht kont' auf Erden/
Dem Vater nun in jener Welt gleich werden.

Mit dieſen wenigen Zeilen ſuchte den betrübten Herrn Vater und
geſambte Freundſchafft zu tröſten

M. P. IAENICHIUS, R.

ADventus cum gratus erat, *Reverende Sacerdos*,
In Patriam gratam non ſine lege, tuus.
Officii ſancti debebas munus adire
In templo, & docilem rite docere gregem.
Hæc inter Muſæ voluerunt ſcribere carmen,
Qvo ferrent faciles candida vota tibi.
Aſt en! (fata volunt) ex lætis triſtia fiunt:
Filioliqve tui mors inopina facit.
Eſt hæc conditio miſera & lacrymabile fatum,
Atqve dies ulla non reticenda die.
Intraſti felix per tot portenta viarum
Urbem, grandævo gratus erasqvi Patri.
Gratus eras noſtris, qvi Te vidêre, Patronis,
Gratus eras aliis civibus atqve bonis;
Qvi Tibi ſunt omnes felicia qvæqve precati,
Et ſincero animo proſpera vota dabant.
Ordo ſed inverſus Te jam comitatur acerbe,
Filioli teneri cum pia buſta doles.
Sed qvid dicit Avus? (non eſt, ut vulnera fingam)
Is dicit: *Nonne hæc fata maligna mihi?*
Chare nepos, lacrymis comitor Te mœſtus ad urnam,
Qvi me debueras lætus humâſſe ſenem.
Qvid loqvitur Mater? *niſi nos huc fata tuliſſent*,
Filioli fruerer dotibus usq; mei.
Aſt hæc qvo ſpectant? non Vos turbetis, *Amici*,
Deſpiciunt veſtras ferrea fata preces.
Non periit Vobis, ſed in altam præiit arcem,
Regnat cum Chriſto cœlicolisqve piis.
Hunc dederat prius, hunc repetit divina voluntas:
Poſcit legitimo pignora jure DEVS.
Debita veſtra datis celſo ſine murmure cœlo:
Qvi fuerat veſter, plus erat ille DEI.
Sat vixit, cui vita brevis ſine crimine longo.
Heu calcant parvam qvam bene parva viam!

Hiſce beatiſſimos manes *Chriſtiani Friderici Ringeltaubii*
mœſtiſſimus dolebat

M. MARTINUS Böhm.

SI Scriptor ille viveret, qvi numina
Permulta finxit; diceret, nunc ſeculum
Id eſſe, qvo Pandora miſſa ab inferis
Immiſit in mundum reclusâ pyxide,
Ut perdat humanum genus, qvævis mala,
Sunt plena rixis, cædibus, diſcordiis
Omnia: nec hoſpes tutus eſt ab hoſpite.
Ut gutta guttam, ſic malum trudit malum.
Ideoqve rara ſunt piorum gaudia:
Et illa luctu ſæpe turbantur gravi.
Gaudent parentes, liberos qvando vident
In flore; triſtanturqve, qvando corpora
Cernunt in urna pignorum tenerrima.
Hoc accidiſſe cernimus modo Viris,
Qvi ritè ſerviunt DEO ac Eccleſiæ.
Gaviſus in ſinu fuit ſenex Avus,
Dum Filium cum liberis valentibus
Amplecteretur: illud autem gaudium
Abrupit illico Nepotis parvuli
Funus, cui ſuprema ſolvuntur modo.
Vices dolemus has Parentis ac Avi
Mœſti, precantes, ut deinceps gaudium
Utriqve ſit perenne RINGELTAUBIO.

L.
hæc appoſuit

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
P. P. & Viſit.

):o:(